...is

Thomae: Votum

2) Wolphowicii Martinus & Andreas.

Canevesi Th. Calcar virtutis.

Crac. M. Andreov. 1635.

CALCAR VIRTVTIS, & OMEN HONORIS,

Optimæ Spei Iuuenibus

MARTINO ET ANDREÆ WOLPHOVICIIS,

Clarissimi & Doctissimi Viri

D. ANDREÆ WOLPHOVIC,

Philosophiæ & Medici: Doctoris Filijs, Almæ Academiæ Cracouień. studiosis.

A

THOMA CANEVESI Artium & Philosophiæ Baccalaureo.

Metro EXPRESSVM.

Anno Domini M. D. C. XXXV. Die Mense

CRACOVIÆ, Ex Officina Francisci Cæsarij

Optimæ Spei Iuuenibus

MARTINO ET ANDREÆ WOLPHOVICIIS,

Almæ Academiæ Cracouieñ. ſtudioſis, Diſcipulis ſuis chariſsimis.

Thomas Caneueſi Artium & Philoſophiæ Baccalaureus S. & F.

QVod virtus veſtra, & rara ingeniorum indoles, à quouis ſpei tantæ propenſiſſimo, extorquere videbatur Iuuenes optimi: id vos à me metro adumbratum gratâ mente ſuſcipite. Etſi enim vna quæque res ad eam quam ei natura præſcripſit dignitatem. & perfectionem, abſq; vllo admonitionũ ſtimulo peruenire ſatagat, & perueniat, tamen, cùm ſæpè vis naturæ vel impedita vel deprauata ruere conetur, ne illuſtres ingenij veſtri dotes, quæ iam ſuapte vi adoleſcere incipiunt, aliquâ blandientis mundi, peſſundentur maculâ, hac debitâ adhortatione eas firmatas, voſq; ipſos adhortatos reddere, minimè dubitaui. Videbã quidèm ſæpius antequàm adhuc curã veſtri gererem, feruorem quendam Diuinũ in vobis ergà literas, perſpectãq; habui promptitu-

dinem

dinem ad studiorum deuorandos labores, hinc quoque toties assiduâ vestra in literis contentione excitatus, suadam aliquam honestos ardores vestros promouentem, fundere intendebam. Verùm mentem bonam, curiosa hac in parte & anceps virtutis ne laudandæ an gratiæ promerendæ inquisitio? retardauit. At cùm nunc curam vestri, partim Doctissimorum virorum suasu, partim vestræ indolis excellentiâ maximè tamen Clarissimi & Doctiss: Parentis vestri eruditione omnibus perspectâ permotus, suscepi: dum vestri ingenij cultor, eiusque indolis inquisitor certior sum, subitò & ad virtutem artiumque honestissimarum dignitatem à vobis arripiendam feliciter, admonitor & excitator esse volui. Vos eo quo semper fuistis ergà literas amore, sitis; Clarissimi ac Doctissimi Parentis vestri iusta desideria explete; boni & recti amore flagrantes, felices viuite.

 Calcar

CALCAR VIRTVTIS
ET OMEN HONORIS.

O Fertiles bonæ iuuentæ palmites,
Virtutis Artis &, duæ vos lampades:
Ecquâ volo vos alloqui Musâ, precor?
Præclara PATRIS optimi solatia,
Fruges futuræ, Matris Academiæ,
Videre vultis, votaquæ cordis mei,
Ego, libente spiritu votum dabo,
Verùm trahit non quo furor Diuæ potens,
Excelsitas seu volantis ingenîj,
Sed ipsa quod necessitas status mei
Expostulat, tum vestra vult quod indoles,
Modò metrĩs, vos facta nostris reddite:
Calcate Maiorum sacrum vestigium,
Mentes, lacertis nunc velim tenellulas,
Potentis eruditionis pandite,
Surgatis altas, eià vos in arbores,
Arbusculæ natæ bonis hortis CRACI,
Pinus remotas fronte, tempus vincere,
Plagas Polorum iam tenendo vertice,
Et id quòd altius gerit lex machinæ:
Leuamen amplum, forte robur, est tibi:
Sublime numen, & latus firmum nimis;

O par

O par nitens, plus Tyndari cruoribus
Flammâ ligatâ, naufragorum ſpe bonâ,
Horum leuatum viribus potentibus,
Vibrare poſses gloriam mentis tuæ,
Natura fecit cuius alta germina,
Satusque vaſtos, in duobus corculis,
Quæ vos tenetis, ſpem creantes omnibus,
Vobis futuræ candidæ ſcientiæ,
Virtute cingent quam Beata lumina;
Nunc, blandientis vita veſtra anfractibus
Ætatis huius, eſt retenta; nunc catum,
Pertranſit antrum Dædali, plenum vijs,
Et debeat parti cui caput dare,
Totos dierum tramites quo vertere,
Vt poſt boni cultrix ſciatur, dubitat:
En fila Theſej beata prændite,
Ex Labyrinthi faucibus trahentia,
Ex mentium vulgarium turbâ leui,
Illuſtre laudis ad nimis ſubſellium;
Parentis optimi ſtupendam induſtriam,
Vitæ tenendæ illuſtre, felix otium,
Neceſsitati prouidendæ, debitum
Sublime, iuſtum, nec tenendum ab omnibus,
Ob difficultatis nimis vaſtum mare:
Hæc fila recta Patriæ ſolertiæ,
Hæc ipſa, poſſunt dulciter Muſam meam,

 Nunc

Nunc recreare, quæ augurat vobis bonum,
Maiora Matris vos futura lumina:
Enim procùl nuſquam cadit de frondibus
Nam fructus, adhæret ſui trunci pedi,
Vegeta depromens ab illo robora,
Reſuſcitans nouos nepotes arborum:
At veſter, ecquis ſit, fuit, PARENS precor?
Silet, pudore Diua noſtra percita,
Confuſa montium cohors, tegit labrum,
Riuoque paruo, vaſta non vult claudere:
Hîc filijs vt dulcibus, Pater bonus,
Suæ canendæ gloriæ ſignum daret,
Et calcar, ad calcanda recti compita
(Vt multa tempori ſequenti conferam,
Muſæque noſtræ, facta poſt ſublimia
Eius, volenti ſideri, terræ, dare,
Vitale ſtamen Parca ſi dabit potens.)
Fundauit excelſæ officinas indoli,
Locauit altæ fabricam ſcientiæ,
Doctam Sophorum mentem in vnum congregans,
Diſperſa multorum nimis volumina,
Ornando Parnaſſum domus ſuæ ſacræ,
Multiplici ſcientiæ farragine:
Felix iuuenta. Filij tanti Patris,
Tentatis, ignium poli celſas rotas,
Quo nam receſſu, Cynthy coniunx, genas

Pallore lurido tegat, quo numine
Phæbus, maris littus ſalutet roſcidum,
Et cuncta noſſe? machinæ cæleſtium
Arcana, flammæ ſiderum quâ ſemitâ,
Ruant in profundam æquoris voraginem,
Leonis ignes torridi, iubæq fax
Accenſa, terris donet horas flammidas
Cur? multa magna præter hæc cur accidant?
HOC OMNE LIBRIS IN PATRIS RECONDITVM EST
IN OFFICINA ENCICLOPEDICA ARTIVM,
VIRTVS EI, QVAM SVMPTVS, ET LABOR, DEDIT:
Natura rerum ſi placet, quas infimæ
Plagæ recondunt, mentibus ſublimibus
Veſtris, Beati filij? ſeû præpete
Pennæ volatu, quæ repandunt aëra,
Nidosque celſo fabricant in vertice
Rami, leuantis nubium globos truces,
Obſcura quæ ſeu teſqua, ſemper incolunt,
Paſtum cruentum conferendo gutturi,
Replendo morte faucium crudâ gulam,
Diesque ducens horridas cruoribus:
Seu quæ, vagantur regna per fluentia
Neptune noſtro veſtra, dans obtutui
Vigore maximi metus tella acria,
Geſtando monſtri barbarum ſpectaculum,
Deforme, rerum ob plurimam nimis ſtruem

Vnius

Vnius in rei ligatam fabricam:
Seû quæ Saturni, præsidis mundi rotæ
Dilecta coniux corde gestat in suo,
Cingens latebris, ditiorem copiam.
Rerum, metalla picta, grato lumine,
Laboriosa dexteræ, fossorijs;
Seu procreat quæ lusibus rerum Parens,
Magnis tenens quam plurimos stuporibus:
HOC OMNE, LIBRIS IN PATRIS RECONDITVM EST
VIRTVS EI, QVOS SVMPTVS ET LABOR DEDIT:
Si nosse tentas lucidas origines?
Quo nam creati profluant à sanguine,
Iustè Parentis num tuentur stemmata,
Gestis proauos num beent recentibus,
Nec vana reddant puluerum suspiria,
Quæ tumba fati, continet furoribus
Proiecta tetris, res vorantis perpetim:
Et facta, retrò quæ vetustas propalat;
Polona tellus, hostium cruoribus
Num sparsa floruit, iugumque liberum
Gestauit amplæ gloriæ sudo die,
Romana velint ciuium quid lumina?
Qui vasta, ducti patrijs amoribus
Intrare spectra, faucibus horrentia
Patentibus, vitamque læti fundere,
Beata, constans, Patriæ esset vt salus,

Non reſpuerunt: Græca quid velint item?
Stupenda mentis indoles, potentia,
Arcana rerum comprehendens callidè,
Deflenda tum breui ſuorum funera,
Quæ, nomen altis vix dedêre annalibus,
Immenſa facta gentium, tum numina,
Mundi remoti quas reſeruant limites:
HOC OMNE, LIBRIS IN PATRIS RECONDITVM EST,
VIRTVS EI, QVOS SVMPTVS, ET LABOR DEDIT:
Si ſcire vultis, fræna temperantiæ,
Quibus lupatis, ducitur mens imperans,
Tranſcendat vſquā ne abſtinentiæ iuga,
Quam ſplendor atri neſcius fati, dedit,
Mortalium conuiuijs florentibus,
Num fortitudo, ſanguinis cotem petat,
Ardentis intrà viſcerum præcordia,
Vt fortitudinis gerat nomen bonæ,
Vires fugacis reſpuens plebeculæ,
Nefaſta facta nuncians Tyrannidis,
Regni beati, funditùs propagines
Tollentis, excelſum caput regentium
Mactando, ciuium bonorum nomina,
Furente ferro, mente fædâ Principum:
Amica terris, dentur vtrùm vincula,
Coniuncta amorum, fortibus repagulis,
Nec imminentis quæ dabit ferocitas

Lethi, moleſtæ certa diſsidentiæ
Nec deſtruentur, acribus plagis minæ,
Triſtique pædore, horridorum carcerum:
Antiqua nobis dictat ætas qualia
Fuiſse quondam, dum ſcelus rei, ſuum
Proclamat eſſe, proprium rurſum reus
Fatetur, ambo ſentiunt præcor iter
Adeſſe mortis, non tamen formidine,
Amica ſemper diſſecarunt fædera:
Sic alterum par, geſtat orbium globus
Cæleſtis aulæ, quod, ſua vt vita foret
Florentior, conceſſa vitæ vellera,
Diuiſit inter ſe, facitque iugiter,
Vnius ortu luminis, dari iubar
Prius cadenti ponti in antra, ſplendidum,
Et ſic amica, collocando tempora,
Æternitate proſperâ nectit dies:
HOC OMNE LIBRIS IN PATRIS RECONDITVM EST,
VIRTVS EI QVOS SVMPTVS ET LABOR DEDIT:
Sananda iam ſi quâ viâ ſint corpora
Notare vultis, Filij Magni PATRIS,
Attemperanda exceſſuum deformitas,
Natura quam, mater boni, non diligit,
Luxu creatam futilis inertiæ,
Rumpentis amplos, & bonos rerum ordines,
Et thura donantis nefaſta mortuis,

Sepul-

Sepulchra pingentis, nigrâ mortis face,
Modis quibusnam debeat curantis ars?
Inuestigare morbidi primordia,
Causasque longâ ducere ex origine,
Vt cognitis rectè malorum fontibus,
Ijsque rectius necatis, conferat
Plorantibus gratam nimis valentiam:
Et plura longè præter hæc, latentia
Arcana, scire quæ sit herbarum indoles?
Florum nitentium per horti iugera;
Quæ virium sit in quibus potentia,
Cordis fauillas torridi num temperent?
Malasq; flammas comparatas callido
Bachi veneno, diruant an funditùs,
Num frigidarum partium gelu premant,
Vitale numen luridis membris ciens,
Donando longarum dierum stamina:
Num rore siccis humido robur creent,
Et debitis vires labantes imbribus,
An subleuent, dans fomitem vitæ bonæ:
HOC TOTVM LIBRIS IN PATRIS RECONDITVM EST
VIRTVS EI, QVOS SVMPTVS ET LABOR, DEDIT.
Iam si volantis ingenîj solertiam,
Celsasque vis mentes Philosophantium,
Quas prisca seu ætas, celebrauit Deos:
Aut moderna, dixit illustres sophos;

Ob candidæ claras faces ſcientiæ,
Cerebra luſtrantes nigrarum mentium,
Hæc cuncta vobis, palmites bonæ arbor is?
Quærenda non ſunt, geſtat hæc felix domus
Parentis, omnium ſcientiæ domus,
Conclaue ſacrum, Palladis doctæ ſinus:
In quo, virorum nunc quieſcunt numina,
Rarâ librûm celata multitudine:
Iam, iam, tenetis calcar amplum, Filij,
Quod vrget, altam vos Mineruam tangere,
Cutesque pigras otij, procùl dare,
Calcare mirandas Parentis ſemitas,
Quæ ſumma tendunt ad Polorum culmina,
Hoc nomen ANDREÆ WOLPHOVIC ſidera
Inter locando, & limpidas cæli faces:
Verùm nec illud tranſeo, ſpes optima
Docti Parentis, quod meam circà Chelym
Iucunda reddit, excitat tùm murmura,
Vos, eſſe natos ſub beato ſidere,
Mouente, mentes candidas ad maxima,
Ponenda terris, facta, cælis gloriam:
Verbum labris non meis natum ſcias,
Pennæ furentis nec datum volatibus,
Diuæ potenti fonte nec factum mihi,
Hæc verba, lumen maximum Mathematum,
Robuſtus Atlas Regiæ ſcientiæ,

Fulcrum

Fulcrum cadentis vix ferè iam Vraniæ,
(Cui muſa frontem ſupplicem reddit mea:)
Clarus IOANNES BROSCIVS dixit, dedit,
Typisque iuſsit exprimi perennibus,
Iucunda, dilecto creans ſolatia
Achati, amico candido, fido nimis:
Cùm quo, remotas fas fuit ei, plagas
Tractusque vaſtos, exterorum viſere,
Moleſtiarum cum viæ leuamine,
Comes fidelis nam viæ eſt ſolatium:
Nunc tempus ANDREA coronam texere
Virtutis, altæ gloriæ, nunc nomini
Donare lumen, nam tibi, menti tuæ,
Illuſtre donat calcar, hæc oratio,
Et ſpes beatas, vana non prædictio
Tanti virorum, namque te, rectè augurat
Magnum futurum, Tum PATRI Solatium,
Item ſtupendum lumen Academiæ:
Te, poſſe dicit optimè cognoſcere
Cœli rotarum, ſyderum ſtrictas vias,
Nec cûiq; cognoſcenda cœlorum vada,
Quæ penſitanda, condidit ſummus ſator,
Non mulieroſis mentibus, non barbaris,
Illuſtrat, at quas pulchra lampas ingenîj:
Ergò, vibra nunc lumen amplis auſibus:

Quod, eſt reconditum tuâ ſub indole,
Quam ſæpè miror, nunc Patris ſolatia
Reddas beatis fructibus felicia:
Scandasque quam primùm lares MagniCraci,
Vocatus illuc proſperam ob ſcientiam:
Tu verò iam MARTINE ſumas Patrios
Modos creandæ laudis, amplæ gloriæ,
Muſamque noſtram recrea factis bonis,
Et da perennem verſibus Melodiam,
Calcans Parentis ſemitam toto die;
Non tu, Deorum lucidas propagines
Cura, vetuſtas quas creauit callida,
Maiora non velim geras, hoc præ Patre,
Potes enim non te, magis cunctis dare
Clarum, canendum ab omnibus mortalibus,
Quàm, facta ſeruans, & colens, Patris tui:
Dignum gerens te, Patris altâ gloriâ:
Quæ tranſit illûc, abluit crines vbi
Aurora rubros, & tenet ſummos vbi
Titan gradus, pertranſiens cancri rubrum
Latus, canis dum, prata ſuccendit boum,
Terræque venas, ſiccat igneâ famæ:
Nunc, nunc, reſurgas optimi Fili PATRIS,
Nunc ipſa perducunt ad id, te ſidera,
Quæ, Clinicum te iam creaſſe video,

Vt ap-

Vt apprehendas de manu PATRIS tui,
Artem beatam, conditæ scientiæ,
In mente Plastæ maximi, rerum omnium:
Accende pectoris tui flammas bonas,
Ad apprehendendum Patris Magni decus,
Artemque celsam, corde gestes in tuo,
Quam gloriâ cùm maximâ sator tuus
Exercet, & exercuit totâ ferè,
Ætate, cùm fauore magno Principum,
Regendo, commissum suæ prudentiæ.
Regale Tynecense monasterium:
Illustre reddens in dies, nomen suum,
Magnamq; vestri spem creans in omnibus:
Hæc Diua pauper nostra, vobis protulit,
Docti PARENTIS Filij, spes optima:
Vos, ampliate metra, factis lucidis,
Leuate felices, senectam candidam
Parentis excelsi, pios Ciconiæ
Artus tenendo, namq; propter talia,
Dies fluunt nepotibus sequentibus
Lætæ, creatur sic bonis felicitas,
Hâc surgit ad cæli domos vitæ decus.

DEO, VIRGINI MATRIQVE CASTISSIMÆ VNIVERSÆ CÆLORVM CVRIÆ, GLORIA ET GRATIA.